

Alexander IV. papa, concordiam Cruciferorum cum Duce Cuiaviae et Lanciciae factam, approbat.

252

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . . episcopo Culmensi, salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis dilectorum filiorum . . . . magistri et fratrum hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Brussia, petitio continebat, quod cum inter ipsos ex parte una, et nobilem virum K. ducem Cuiaviae et Lanthitia, super possessionibus Lubaviae ac diversis aliis articulis ex altera, fuisset materia questionis exorta, demum bonis viris mediantibus, amicabile inter partes compositio intervenit, prout in patentibus litteris confectis eainde, ac dicti ducis et venerabilium fratrum nostrorum . . . . Cuiavien et . . . . Lubicen episcoporum sigillis munitis, plenius continetur. Quare humiliter petebant à nobis, ut eandem compositionem apostolico curarem munimine roborare. Nos itaque ipsorum supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus compositionem ipsam, sicut rite sine pravitate provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et hactenus pacifice observata, faveas per censuram ecclesiasticam, appellatione



appellatione remota, inviolabiliter observari. Da:  
tum Neapoli, septimo Idus Martij, pontifi:  
catus nostri anno primo.

Ta kopia przepisana z oryginalu  
pergaminiowego, dnia 28. miesiąca  
Października 1782. Roku. II datu na  
sznurku honorowym ordynaryjnym  
wisi pięćci otwierana. Na jednej  
stronie tej pięćci, są wyśnione  
osoby Piotra i Pawła z literami  
u góry S. P. A. S. P. E. na drugiej  
stronie = Alexander P. P. III.